



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 18. An tenetur ad restitutionem, qui putans occidere Petrum, occidit
Paulum, quem invincibiliter putabat esse petrum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

tuere damnum boni superioris ordinis per bona inferioris Vide dicta, p. 2. cap. 6. q. 6.

Dixi, *hominis liberi*. nam pro vita animalis, vel mancipii, solvi debet, quanti vendi poterant: pro mutilatione verò, quanti minoris inde æstimantur; quia vita servi, & animalis pretio æstimatur; & sic ad æqualitatem comparari potest.

Q. 18. *An tenetur ad restitutionem, qui putans occidere Petrum, occidit Paulum, quem invincibiliter putabat esse Petrum?*

Resp. Aff. Ex L. 18. ff. *de injur.* quia revera voluit injustè occidere hunc hominem individuum, qui est re ipsa Petrus, quamvis putaret esse Paulum. Sive quia voluit iniuste occidere hominem, & re ipsa iniuste occidit hunc, qui est Paulus. Ita *Rebellus, & alii.* Unde non minus tenetur ad restitutionem, quam teneretur, si incendisset domum Titii putans eam esse Caii.

CAPUT III.

De Injuriis in corpus proximi per stuprum, & adulterium, & de necessaria restitutione.

Q. 1. *Ad quid tenetur corruptor Virginis?*
 Resp. 1. *A* Ex communi, qui Virginem spontè con-

R 2

te con-